

**2490** cippus ingens rotundus. 'Cum in patriam [Vicetiam] rediturus ad oppidum Leonici diverterem et essem iam prope finem agri nostri Vicetini, ecce agricolae iuxta viam lapidem insolitae magnitudinis effoderuntolvebantque, in quo monumenta haec' (sequitur inscriptio) PAJELLI. In villa Lobiae agri Coloniensis, quae est in confinio agri Vicetini IUC. In agro Veronensi in vico qui dicitur la Lobia ad confinia Vicetina a. 1490 inventum SAN. In agro Vicetino Coloniensis versus PAGLIARINI. Hoc ipso anno effossus lapis HERMOLAUS BARBARUS iunior 1492. In Lobiano pago inventa, translata in oppidum Leonicum SARAYNA. Leonici in aedibus Ioh. Thianaei VICETINUS in cod. sem. Pat. 180; in domo comitis Aeneae Thienei RAMUS.; apud heredes comitis Aeneae Tiene CALDOGNO et BARTHOLINUS; similiter TRINAG. et ADNOT. AD FERRAR. et URS. Leonico munere comitis Hippolyti Bevilacqua illata in museum Veronense MAFF. Ibi extat. — A. 1274 in agro Vicetino repertus fuit lapis rotundus marmoris ferruginei circumscriptus Romanis litteris CHRONICA ATESTINA citata in cod. Vat. 9141 fidei minime certae.

SEX · ATILIVS · M · F · SARANVS · PRO · COS a. u. c. 619  
EX · SENATI · CONSVLTO  
INTER · ATESTINOS · ET · VEICETINOS  
FINIS · TERMINOSQVE · STATVI · IVSIT

Contuli edidique vol. I n. 549; delineata est in tabula Ritscheliana LV B. Bartholomaeus Pajellus in epistula scripta ad Marsilium Aemilianum edita ab Ang. Gabr. Calvi *biblioteca e storia degli scrittori di Vicenza* vol. 2 (Vicetiae 1772) p. 239 (cf. 3, 54, 55) scribit affuisse se cum eruderetur. Ex antiquis habent Iucundus f. 200 in Vicetinis n. 12; Sanutus f. 72 inter Veronenses; Hermolaus Barbarus iunior, qui primus ed. in castig. Plinianis (Romae 1492) f. C 6; Marulus n. 46; Choler ms. f. 69; Apian. 330, 2; Hier. Atestinus f. B 3; Hipp. Angelierius in cod. Vat. 9141 f. 144 ex chronicis ut apparet Atestinis; idem in margine citat Bapt. Pagliarini historicum Vicetinum (in Pagliarini parte edita non reperi); Sarayna Lat. f. 44, Ital. f. 72 (inde Lisea et Cozza p. 244); Scardeonius p. 82 (inde Hipp. Angelierius ed. p. 5; Salomoni 1696 p. 69); Panvinius in fastis ad a. 618 (inde et ex Apiano Smet. 144, 1; Grut. 198, 6); Manutius cod. Vat. 5237 f. 109, orth. 779, 3; Ligorius ms. Taur. 18; Vicetinus auctor (Iul. Barbaranus) in cod. sem. Patav. 180 f. 190; Trinagius f. 2; Ursinus de famil. p. 33; Ramusius ad Scardeonium suum p. 82; vir doctus saec. XVI in margine libri Ferrarini Regiensis f. 71; Pinelli cod. Ambros. C 61 inf. f. 74'; Pignoria in add. ms. ad Grut.; Castellini in hist. Vic. 1, 11; Caldugno inscr. Vic. n. 63; Th. Bartholinus in adn. ad Grut. ed. 2 l. c.; Ursatus ms. et 1678 p. 30; Cerchiar marm. Ber. p. 146; Maffei Ver. p. 50 inscr. n. 9 (inde Mur. 471, 5), M. V. 108, 1; Alessi p. 79 aere expressit; Maccà *orig. di Vicenza* p. 13; Orelli 3110; Furlanettus p. 81 n. 83; Schio Vic. p. 103.

**2491** prope summitatem montis Vendae in rudi saxo et litteris ferme exesis inventa a. 1670 prid. kal. Aug. rimantibus et detegentibus d. Sertorio Ursato et Alexandro Discaltio URS. ms. *Gran pezzo di rozzo macigno tuttavia osservabile entro ad un bosco oltre la metà del monte di Venda* URS. hist. (1678). *A piè dell'erta del monte Venda dalla parte meridionale, che gira ad oriente, in un curvo seno della scesa della sua larga base, accosto ad un boschetto, sul sinistro margine di una via ALESSI, qui denuo repperit a. 1748. Era questo, ita pergit, un sasso radicato nel monte, grosso rasente terra circa diciotto piedi . . . Otto o dieci anni dappoi ch'io trascrissi questa iscrizione, per una soprabbondanza d'acque piovane penetrate sotterra scompaginosi un pezzo di quella falda montuosa, e giù alla chiesa precipitando, si squarciò il macigno e ne restò divelta la parte anteriore.* Quam diu investigatam et tandem repertam a. 1767 dono abbatis Marsilii Camposampieri suam fecit Alessius et in aedibus suis posuit Ateste. Inde transiit in museum Atestinum sub n. 6 cum hac adscriptione: 'Insigne hoc monumentum, quod Patavini 'Atestinis invadebant, ab heredibus Isidori 'Alexii ex quorundam civium collata pecunia 'argenteis nummis maximis CXX redimendum 'et ex Alexiana domo huc asportandum et reli-'quis monumentis, quae vetustissimam hanc 'urbem illustrant, hinc inde ne pereant collectis praeposandum Vincentius Fracantianus 'potestas Atestis ad patriae decus curavit 'anno 1834.'

1. CAECILIVS · Q · F · PRO · COS  
TERMINOS · FINISQVE EX  
SENATI · CONSVLTO · STATVI  
IOVSIT · INTER · ATESTINOS  
5 ET · PATAVINOS

L · CAECILIVS · Q · F PR a. u. c. 613? 638?  
O · COS EX · TERMINOS  
FINISQVE · EX · SENATI  
CONSVLTO · STATVI · IVSIT  
10 INTER · ATESTINOS  
PATAVINOSQVE

Contuli edidique vol. I n. 547; imaginem proponit tabula Ritscheliana LVIII A. Habent Ursatus ms. et hist. (1678) p. 31 (inde Salomoni 1696 p. 203; Mur. 473, 1); Alessi p. 83; Borghesi *Bullett.* 1833 p. 103 a Furlanetto; Furlanettus Est. p. 29, Pat. p. 78 n. 81 tab. 13a; Nuvolato p. 69 qui ligno expressit; Henzen 5114.

Recte legit primus Alessius. Idem superius exemplum credit antiquius esse inferiore, scilicet restituto post tempus; at cum et litterarum forma in utroque exemplo eadem sit et in simili titulo n. 2492 eadem repetitio observetur, rectius fortasse dicemus utrumque titulum simul incisum esse, ut tutior esset tam a casibus quam a dolo malo hominum. — 7 EX delevit quadratarius.

**2492** cippus rotundus in ima parte largion quam in parte summa, cui alius cippus rotundus simul repertus, fractus tamen et minor (Furlanettus tab. 13 n. 2, 3) supra impositus fuit et cum illo iunctus. Rep. ab Iosepho Bisacco m. Iun. 1837 Teoli in collibus Euganeis, deinde Patavii in museo publico.

in columna superiore minore scriptum per latitudinem:

SENAT' c O n s u l t o S T A t u i  
I V S I T

in columna inferiore maiore scriptum per transversum:

L · CAICILIVS · Q · F

PRO · COS

a. u. c. 613? 638??

TERMINOS

FINISQVE · EX

SENATI · CONSOLTO

STATVI · IVSIT · INTER

PATAVINOS

ET · ATESTINOS

Contuli edidique vol. I n. 548; lapide expressam exhibet tabula Ritscheliana LVIII B. C. Ed. Furlanettus *Bullett. dell' Inst.* 1837 p. 186, 187 et Pat. p. 78 n. 82 tab. 13, 1, 2, 3 (inde Henzen 5115).

In columna superiore verba INTER · ATESTINOS · ET · PATAVINOS aut alio loco scripta fuerunt aut defuerunt.

**2493** basis magnae pars, rep. Este in castello antiquo, nunc ibi in museo n. 119.

PRAETOR · DEDIT

Descripsi.

**2494** Monte Silice in muro prope portam plateae.

PRAEF · PRI  
GLOR

Ursatus ms.

**2495** cippus rotundus superne excavatus. Este nuper rep. FURLANETTUS 1847. Extat in museo n. 105.

C · AEBVTIVS · C · F ·  
RVFVS · AQVIER sic  
LEGIONE · XI

Contuli. Ed. Furlanettus p. 171 n. 161.